

to mutavit se; vesibus eminentis immisit se certaminis, ut olim Achab in prælio cum Syris. Septuaginta: *Confortatus est, pertinaciter perrexit ad impugnandum eum. Alii: Præparavit se ad certandum cum illo.*

VERS. 24. — TRANSILLERUNT EUM DE CURRU IN ALPERUM CURRUM. Teste Q. Curtio, libro 3, régés Persidis nunquam non trahébant post currum equum alterum, in omnem eventum paratum. Hebræum ita vertunt quidam: *Transire fecerunt eum servi ejus de carru, quo vehébatur, et ascendere fecerunt in currum alterum, qui erat ipsi, qui sequebatur; vel in currum, qui ejus erat qui eum sequebatur.* Ita Vatabius.

IN MAUSOLEO PATRUM SUORUM. Scitum est mausolei nomen inditum primo sepulcro illi celebri, quod Artemisia Carie regina sponso suo Mausolo regi dedicavit. Eo nomine non nisi sepulcra illa designantur, quæ supra terram ex-

conservet usqu'à la fin une exacte humilité et une entière fidélité, lorsqu'on se voit élevé au-dessus des autres, et, par conséquent, exposé à une continuelle tentation d'orgueil.

Mais à Dieu ne plaise que nous regardions Josias comme étant déchu alors tout à fait de cet état de justice où la grâce du Seigneur l'avait établi. La faute qu'il put commettre en cela était de nombre de celles dont Dieu, par son infinie miséricorde, se sert très-avantageusement pour humilier ceux qui sont à lui. Elle l'obligea de s'abaisser et de s'ancréntir au fond de son cœur, et lui faisant perdre un royaume temporel avec la vie, elle nous donne sujet de comprendre en même temps, combien les moindres péchés sont grands devant Dieu, puisqu'ils rendent dignes ceux qui les commettent d'être privés de ce qui paraît le plus grand aux yeux des hommes, et que Dieu même use envers eux de miséricorde, en les traitant de la sorte.

On ne peut douter que le prince dont nous parlons ne fût de ce nombre, puisque l'Écriture a fait elle-même, long temps après sa mort, cet éloge singulier de sa piété: *La mémoire de Josias est comme un parfum d'une odeur admirable, composé par un excellent parfumeur. Son souvenir sera doux à la bouche de tous les hommes, comme le miel, et comme un concert de musique dans un festin de vins délicieux. Il a été destiné d'avance pour faire rentrer le peuple dans la pénitence; et il a exterminé les abominations de l'impie. Il a marché vers le Seigneur avec un cœur droit, et dans un temps de péchés, il s'est affermi dans la piété. Hors David, Eséchias et Josias, tous ont péché. Dieu n'a donc compté pour rien la faute de ce pieux prince, non plus que celle d'Ézéchias et de David, puisqu'en parlant de ceux qui avaient péché, il en excepte David, Eséchias et Josias, non qu'ils n'eussent effectivement péché, mais parce que la ferveur de leur piété et leur pénitence couvraient à ses yeux les péchés qu'ils avaient commis, en sorte qu'il ne s'en souvenait plus.* (Sacy.)

stantia insigne sui spectaculum præbent. Verùm antiquorum regum Judæorum sepulcra terræ infossa erant, et in antris sive in locis non faciliè pervisi reposita, quin et adius de industriâ celabantur, ne quid profandi illa violaret, maxime cum bellum aliquod gereretur, curantes præsertim ut thesauri aliquid ibi conderetur. Iisdem moribus utebantur reges Ægypti et Persidis, summâ curâ satagentes, ut aditus sepulcrorum suorum inquisitionis hominum fugerent.

LUXERUNT EUM; — VERS. 25. — JEREMIAS MAXIME, CUIUS OMNES CANTORES ATQUE CANTATRICES... LAMENTATIONES SUPER JOSIAM REPLICANT. Scriptorum plurimi censent, Lamentationes, quæ modò exstant, Jeremiæ ipsissimas esse, quibus ille Josiæ funus illuxit. Ita Chaldæi, Joseph., Rabb. Sal., Lyr., Hugo, Dionys., Raban. Junius. Sed alii non pauciores, nempe Grotius, Sallian., et Cornelius à Lap., Præf. in Thren., aiunt, Lamentationes hæcæ funebres de Josiâ interdixisse, ut solæ supersint eæ, quæ scripsit pro Hierosolymâ à Nabuchodonosore captâ: quàm sententiam nos accuratè in præfatione Lamentationum Jeremiæ expendemus. Hesiodus in Fragmento, agens de Lino filio Uranie, vel deæ cœlestis scribit: *Quem (Linum) quicumque mortalium cantores sunt et citharistæ,*

Omnes lugent in convitiis et choris, Incipientes et desinentes Linum vocant. Simillima placèd verba iis quibus hic utitur Scriptura.

ECCÈ SCRIPTUM FERTUR IN LAMENTATIONIBUS. Hinc discimus, Hebræis fuisse ad manus collectionem lamentationum, hymnorumque varii generis, et carminum. Aderant illis carmina triumphalia, è quibus fragmenta quedam in historiâ supersunt, nuptialia, funebria denique, quibus egiogia insignium virorum canebantur. Auctor librorum Regum eæ servavit, quæ David pro obitu Saulis et Abneri cecinit. È collectionibus hæcæ nihil supersert magis absolutum et perfectum quàm Lamentationes Jeremiæ. Porrò carmina hæc et cantica lugubria historias scribentibus auxilio erant presentissima.

VERS. 27. — SCRIPTA SUNT IN LIBRO REGUM JUDA ET ISRAEL. Regnum Israël totò amplius seculo ante Josiæ mortem exciderat: itaque regum Israël annales cessaverant; sed cum miseræ infelicis regni reliquæ in regionem Juda secessissent, reges Juda nomen sibi concillârunt regum Israël et Juda; nec deinceps, ut olim, regna Juda et Israël distincta sunt.

CAPUT XXXVI.

CHAPITRE XXXVI.

1. Tulit ergo populus terræ Joachaz filium Josiæ, et constituit regem pro patre suo in Jerusalem.

2. Vingtium annorum erat Joachaz, cum regnare cœpisset, et tribus mensibus regnavit in Jerusalem.

3. Amovit autem eum rex Ægypti, cum venisset in Jerusalem, et condemnavit terram centum talentis argenti, et talento auri.

4. Constituitque pro eo regem Eliakim fratrem ejus super Judam et Jerusalem: et vertit nomen ejus Joakim: ipsum verò Joachaz tulit secum, et abduxit in Ægyptum.

5. Vingtiquinque annorum erat Joakim, cum regnare cœpisset, et undecim annis regnavit in Jerusalem: fecitque malum coram Domino Deo suo.

6. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, et victum catenis duxit in Babylonem.

7. Ad quam et vasa Domini transtulit, et posuit ea in templo suo.

8. Reliqua autem verborum Joakim, et abominationum ejus, quas operatus est, et que inventa sunt in eo, continentur in Libro regum Juda et Israel. Regnavit autem Joachin filius ejus pro eo.

9. Octo annorum erat Joachin, cum regnare cœpisset, et tribus mensibus ac decem diebus regnavit in Jerusalem, fecitque malum in conspectu Domini.

10. Cùmque anni circulus volveretur, misit Nabuchodonosor rex, qui adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasibus domus Domini. Regem verò constituit Sedeciam patrum ejus super Judam et Jerusalem.

11. Vingtium et unius anni erat Sedecias cum regnare cœpisset, et undecim annis regnavit in Jerusalem.

12. Fecitque malum in oculis Domini Dei sui, nec erubuit faciem Jeremiæ prophete, loquentis ad se ex ore Domini.

13. A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adjuraverat eum per Deum: et induravit cervicem suam et cor, ut

1. Le peuple du pays prit donc Joachaz fils de Josias, et l'établit roi en la place de son père dans Jérusalem.

2. Joachaz avait vingt-trois ans quand il commença de régner, et il régna trois mois dans Jérusalem.

3. Mais le roi d'Égypte étant venu à Jérusalem, le déposa, et condamna le pays à lui donner cent talents d'argent et un talent d'or.

4. Et il établit Eliakim, son frère aîné, roi en sa place sur Juda et sur Jérusalem, et l'appela Joakim; et après s'être saisi de Joachaz, il l'emmena en Égypte avec lui.

5. Joakim avait vingt-cinq ans quand il commença de régner, et il régna onze ans à Jérusalem, mais il fit le mal devant le Seigneur, son Dieu.

6. Nabuchodonosor, roi des Chaldéens, marcha contre lui; et l'ayant chargé de chaînes, il l'emmena à Babylone.

7. On lui transporta aussi les vases du Seigneur, et les mit dans son temple.

8. Le reste des actions de Joakim, et des abominations qu'il commit, et tout ce qui fut trouvé en lui, est écrit dans le livre des Rois de Juda et d'Israël. Son fils Joachin régna en sa place.

9. Joachin avait huit ans quand il commença de régner; il régna trois mois et dix jours dans Jérusalem; et il commit le mal en la présence du Seigneur.

10. Et à la fin de l'année, le roi Nabuchodonosor envoya des troupes qui l'emmenèrent à Babylone, et emportèrent avec lui les vases les plus précieux de la maison du Seigneur; et il établit roi en sa place sur Juda et sur Jérusalem son oncle Sedécias.

11. Sedécias avait vingt-et-un ans quand il commença de régner, et il régna onze ans à Jérusalem.

12. Il fit le mal en la présence du Seigneur, son Dieu; et il n'eut point de respect pour la personne du prophète Jérémie, qui lui parlait de la part du Seigneur.

13. Il se révolta même contre le roi Nabuchodonosor, qui lui avait fait jurer fidélité par le nom de Dieu: il endurcit donc sa tête

non revertetur ad Dominum Deum Israel.

14. Sed et universi principes sacerdotum, et populus, prævaricati sunt inique juxta universas abominaciones gentium, et polluerunt domum Domini quam sanctificaverat sibi in Jerusalem.

15. Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum, de nocte consurgens, et quotidie commonens; eò quod parceret populo et habitaculo suo.

16. At illi subsannabant nuntios Dei, et parvipendebant sermones ejus, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum ejus, et esset nulla curatio.

17. Adduxit enim super eos regem Chaldæorum, et interfecit juvenes eorum gladio in domo sanctuarii sui; non est misertus adolescentis, et virginis, et senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus ejus.

18. Universaque vasa domus Domini tam majora, quam minora, et thesauros templi, et regis, et principum, transtulit in Babylonem.

19. Incenderunt hostes domum Dei, destruxeruntque murum Jerusalem, universas turres combusserunt, et quidquid pretiosum fuerat, demoliti sunt.

20. Si quis evaserat gladium, ductus in Babylonem servivit regi et filiis ejus, donec imperaret rex Persarum,

21. Et completeretur sermo Domini ex ore Jeremiæ, et celebraret terra sabbata sua: eunetis enim diebus desolationis egit sabbatum, usque dum complerentur septuaginta anni.

22. Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: qui jussit prædicari in universo regno suo, etiam per scripturam, dicens:

23. Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, et ipse præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Jerusalem, quæ est

et son cœur, pour ne plus retourner au Seigneur, Dieu d'Israël.

14. Et même tous les princes des prêtres et le peuple s'abandonnèrent à toutes les abominations des gentils, et profanèrent la maison du Seigneur, qu'il s'était sanctifiée à Jérusalem.

15. Or le Seigneur Dieu de leurs pères leur adressait souvent la parole par l'entremise de ceux qu'il leur envoyait; et il ne cessait de leur donner, soit de nuit ou de jour, des avertissements, afin qu'il pût pardonner à son peuple et à sa maison.

16. Mais eux se moquaient des envoyés de Dieu: ils méprisèrent ses paroles, et traitaient indignement ses prophètes, jusqu'à ce que la fureur du Seigneur s'élevât contre son peuple, et que le mal fût sans remède;

17. Car il fit venir contre eux le roi des Chaldéens, qui égorga leurs jeunes gens dans la maison de son sanctuaire, sans avoir pitié ni des adolescents, ni des jeunes filles, ni des vieillards, ni même de ceux qui étaient décrépits. Dieu les livra tous entre ses mains,

18. Comme aussi tous les vaisseaux du temple, tant grands que petits, tous les trésors de la maison de Dieu, et de celle du roi et des princes, qu'il fit emporter à Babylone.

19. Les ennemis ensuite brûlèrent la maison du Seigneur, et renversèrent les murs de Jérusalem; ils mirent le feu à toutes ses tours, et détruisirent tout ce qu'il y avait de précieux.

20. Si quelqu'un avait échappé à la mort, il était emmené à Babylone, pour être esclave du roi et de ses enfants jusqu'au règne du roi de Perse,

21. Et jusqu'à ce que s'accomplît la parole du Seigneur, qui avait été prononcée par la bouche de Jérémie, et que la terre célébrât ses jours de sabbat; car elle fut dans un sabbat continué durant tout le temps de sa désolation, jusqu'à ce que les soixante-dix ans fussent accomplis.

22. Mais dans la première année de Cyrus, roi des Perses, le Seigneur, pour accomplir la parole qu'il avait dite par la bouche de Jérémie, toucha le cœur de Cyrus, roi des Perses, qui commanda de publier dans tout son royaume cet édit, savoir:

23. Voici ce que dit Cyrus, roi des Perses. Le Seigneur, Dieu du ciel, m'a donné tous les royaumes de la terre, et m'a aussi commandé de lui bâtir une maison dans Jérusalem qui est

in Judæa: qui ex vobis est in omni populo ejus? sit Dominus Deus suus cum eo, et ascendat.

VERS. 1. — TULIT POPULUS TERRE JOACHAZ. Post prælium Mageddo, in quo Josias cecidit, Nechans, nihil moratus in Judæa, processit in Characanis. Interim Israelitæ, ne expectato quidem Nechai assensu, Joachazum Josia: filium regem creaverunt. Vide 4 Reg. 25, 50 et seq. (1)

VERS. 5. — CUM VENISSET IN JERUSALEM, abdicavit Joachazum. In 4 Reg. 25, 53, legitur, Ægyptii regis jussu illum ductum fuisse Reham in terrâ Emath; et apud Ezech. 19, 3, traditur, Joachazum, qui sub emblemate leunculi sævientis exhibetur, captum fuisse, cruore suo madidum, affectum vulneribus, tractumque in Ægyptum. Hæc omnia con-

(1) VERS. 2, 3. — Joachaz avait vingt-trois ans quand il commença à régner, et il régna trois mois dans Jérusalem. Mais le roi d'Égypte étant venu à Jérusalem, le déposa, etc. L'Écriture nous marque ailleurs la raison pour laquelle la divine Providence permit que le roi d'Égypte eût l'avantage sur Joachaz, roi de Juda, et qu'il le fit prisonnier; car elle déclare que ce prince fit le mal devant le Seigneur, c'est-à-dire, qu'en ce peu de temps qu'il régna, qui ne fut que de trois mois, il s'abandonna à l'impïété, et qu'il commit tous les mêmes crimes que ses pères avaient commis. Qui ne sera étonné encore une fois, en considérant que Josias, ce roi si pieux, dont nous venons de parler, soit sorti d'une tige aussi corrompue qu'était Amon, fils de Manassé, et qu'il ait eu pour fils et pour successeur Joachaz, dont l'impïété lui fit mériter d'être esclave de Necho? À peine ce jeune prince avait commencé à régner, qu'il renversa par son exemple tout le bien qu'avait pu produire la piété de son père. Trois mois seulement de règne effacent de son esprit toute la vertu qu'il lui avait inspirée. Il paraissait un homme consommé dans l'impïété, avant presque qu'il eût eu le temps de donner des marques de sa conduite, et l'on peut dire de lui, quoiqu'en un sens tout opposé, ce que l'Esprit-Saint dit du juste dans la Sagesse, qu'ayant peu vécu, on peu régné, il ne laissa pas de remplir la course d'une longue vie, ou d'un long règne: *Consummatus in brevi, explevit tempora multa.*

Mais comme ce prince se hâta, pour le dire ainsi, de courir dans la voie de l'impïété et de l'injustice, le Seigneur aussi se hâta de lui faire ressentir les tristes suites de cet horrible dérèglement, qui l'avait fait dégénérer en si peu de temps de la sainteté dont son père lui avait donné l'exemple. Et l'on peut bien dire encore du saint roi Josias à l'égard de Joachaz, ce que Dieu ajoute dans le même livre de la Sagesse, que ce juste, tout mort qu'il était, condamnant très-sévèrement ce fils impie qui lui survivait: *Condemnat autem justus mortuus viros impios.* (Sacy.)

dans la Judée. Qui d'entre vous se trouve être de son peuple? Que le Seigneur son Dieu soit avec lui, et qu'il monte.

COMMENTARIUM.

lianur, si statuamus, Joachazum, regno occupato pro Josia: patre suo, captis armis sese comparasse ad defensionem adversus Nechaum regem Ægypti, reduncem à Characanis ultra Euphratem: sed victum captumque à ducibus regis Ægyptii, tractum fuisse à Necho Reham; tum Nechaum venisse Hierosolymam, ut hic scribitur, ac deposuisse publico ritu Joachazum, imperasse tributum populo, et deduxisse captivum regem in Ægyptum, ubi ille interit.

VERS. 5. — VIGINTI QUINQUE ANNORUM ERAT JOACHAZ. Natu maximus erat inter filios Josia:, ortus anno patris decimo sexto et regiæ ejus octavo.

VERS. 6. — VINCITUM CATENIS DUXIT IN BABYLONEM (1). Vertunt quidam Hebræum: *Vinxit*

(1) Ce fut contre lui que marcha Nabuchodonosor, roi des Chaldéens, et l'ayant chargé de chaînes, il l'emmena à Babylone. On a remarqué ailleurs, ce qu'il n'est pas inutile de répéter en ce lieu, que le prophète Jérémie dit quelque chose qui paraît contraire à ceci, lorsqu'il déclare de la part de Dieu, que la sentence de Joachaz serait comme celle d'un âne mort, qu'il le jeterait tout pourri hors les portes de Jérusalem. Car si Joachaz fut mené à Babylone, comment mourut-il à Jérusalem? Pour concevoir donc comment ce passage de Jérémie, et celui des Paralipomènes que nous expliquons, se doivent entendre, il est nécessaire de les éclaircir tous deux par cet autre du quatrième livre des Rois, qui porte que Joachaz fut vaincu par Nabuchodonosor, et lui demeura assujéti pendant trois ans; mais qu'après voulu ensuite secouer le joug de ce prince, Dieu envoya contre lui des troupes de Chaldéens, de Syriens, de Moabites et d'Ammonites, qui exterminèrent tous ses états, et qui le tuèrent aussi lui-même, selon saint Jérôme.

Ainsi ce que l'Écriture dit en ce lieu, que Nabuchodonosor chargea Joachaz de chaînes et l'emmena à Babylone, marque seulement, selon quelques interprètes, qu'il l'aurait fait enchaîner pour le mener en captivité. Mais depuis, comme il se fut sans doute racheté, Nabuchodonosor le relâcha, soit avant son arrivée à Babylone, soit même avant qu'il l'eût fait sortir de Jérusalem, à condition, toutefois, qu'il tiendrait de lui son royaume, et qu'il lui paierait tribut. Ainsi Joachaz vécut trois ans dans cet assujétissement sous Nabuchodonosor. Mais parce qu'il voulait depuis se délivrer de cette honteuse dépendance, et que cependant il ne voulait pas non plus dépendre du Dieu d'Israël, qui l'avait assujéti à ce prince étranger pour le punir de ses crimes, il mérita de tomber dans un second châtimement plus rigoureux que le premier. Ainsi il perdit le royaume et la vie par la violence de ces troupes de

duabus catenis. Alii: *Vinxit catenis aeneis.* Qui verò Joachin adductus fuerit Babylonem, qui dicitur 4 Reg. 24, 5, *dormiisse cum patribus suis, et sepulturâ asini sepeliendus, projectus extra portas Jerusalem?* Discrimina hæc conciliari quidam, aiunt, principem hunc translatum primò Babylonem, statim rediisse, nec diu postea obiisse Hierosolymâ. Alii multò probabilius opinantur, primò quidem imperasse Nabuchodonosorem, ut ille Babylonem trahe-retur, adeoque catenis vinciretur: tum illo mutante consilium, necatum fuisse, ejusque cadaver inhumatum projectum extra Hierosolymam. Censet Usserus ad an. mundi 3598, Joachinum post ea quæ hic referuntur, mansisse adhuc triennio Hierosolymis, obnoxium tributo; ex eaque priori servitute decedendum esse exordium septuaginta annorum captivitatis ab Jeremiâ predictæ c. 23, v. 2, et 29, 10. In hunc pariter annum incidit translatio Danielis et sociorum Babylonem. Obitus Joachimi nonnisi triennio post consecutus est, anno mundi 3495.

VERS. 7. — *VASA DOMINI TRANSTULIT, ET POSUIT EA IN TEMPO SUD.* Hebræus: *Ex vasis domus Domini adduxit in Babylonem, et dedit ea in domo sud.* Septuaginta, Syrus, et Esdras, ac Daniel ferunt, posita hæc fuisse in templo, vel in domo Dei illius, *Domum* fortassè appellavit Scriptura templum Dei Nabuchodonosoris. Vel, sacra hæc vasa Nabuchodonosor in domestico regiarum ædium templo dedicavit: vel denique, conditis maxime pretiosis in domo sua, reliqua templo alicui credidit. Cùm verò hic narrat Scriptura, translulisse illum partem vasorum, non inde colligendum est, quidquam ex illis reliquisse Hierosolymis. Rapuisse enim omnia constat infra, v. 18. Sed fortassè parte illorum contractâ, nonnisi distissima et elegantissima retinuit, *vasa desiderii*, ut appellantur in v. 10.

VERS. 8. — *ET QUÆ INVENTA SUNT IN EO (1).* Hæc accipiunt Hebræi de stigmatibus et cha-

différentes nations, que le Seigneur envoya lui-même, dit le texte sacré, contre lui. Et ce fut alors que, selon la prédiction du prophète Jérémie, il demeura même sans sépulture, en sorte que son corps fut jeté pourri hors les portes de Jérusalem, comme celui d'un âne mort. Cela fait sans doute horreur à entendre: mais rien cependant n'est plus capable de nous faire concevoir quelle doit être aux yeux de Dieu l'horrible difformité d'une âme qui en refusant à son Créateur les justes hommages qui lui sont dus, mérite que son corps même soit traité comme celui des plus viles bêtes que l'on traite avec le dernier mépris. (Sacy.)

(1) *Le reste des actions de Joachim, et des abo-*

racteribus quibus obsegnatum sese exhibuit defunctum ejus cadaver, cùm nudum inhumatumque projectum fuit. Sed præstat expo-

minations qu'il commit, et qui se trouvèrent en lui, est rapporté dans les annales des rois de Juda et d'Israël, etc. Les Hébreux, avec plusieurs autres interprètes, disent que ces abominations qui se trouvoient, selon l'Écriture, en la personne de Joachim, se doivent entendre de quelques signes ou caractères particuliers, que ce prince implevait lui-même fait imprimer sur sa chair en l'honneur des idoles qu'il adorait, et dont il tenait à gloire de porter les marques. Et ils ajoutent que l'on découvrit ces impressions profanes sur son corps, lorsqu'il fut jeté hors la ville de Jérusalem, et qu'il demeura sans sépulture comme celui d'une bête. On voit en effet encore aujourd'hui plusieurs imposteurs, qui se joignent de la vanité des hommes superstitieux et crédules, impriment sur eux ou leur donnent certains caractères et certaines figures, en les assurant en même temps des effets qu'ils doivent produire. Ainsi les adorateurs des idoles se faisaient des incisions, ou s'imprimaient certains signes qui marquaient la détestable dépendance où ils étaient de ces faux dieux, qu'ils reconnaissaient pour leurs maîtres.

Mais, sans rejeter ni approuver cette explication du passage dont nous parlons, il semble qu'on peut l'entendre aussi, avec un savant auteur, d'une autre manière plus simple et conforme même au langage assez ordinaire de l'Écriture, en disant que cette expression sur laquelle l'écrivain sacré parle ici des abominations qui se trouvoient en Joachim, ne marque autre chose que les abominations dont il se trouva coupable. Car c'est ainsi qu'il est dit ailleurs: *L'iniquité ne s'est point trouvée en moi; et autre part: La science et la sagesse se sont trouvées en lui.* Il n'est donc pas nécessaire de se figurer que des caractères sensibles de l'impie-té de Joachim fussent imprimés extérieurement sur son corps. L'âme de ce prince en portait d'autres très-visibles aux yeux de Dieu. Et c'est ainsi que Jésus-Christ fait dire dans l'Apocalypse à l'ange de l'Église de Sardes; *qu'il ne trouvait point ses œuvres pleines devant Dieu*, c'est à dire, que toutes les âmes portent véritablement chacune leurs caractères, ou de piété ou d'impie-té, de cupidité ou de charité, d'humilité ou d'orgueil, d'élection ou de réprobation. C'est Dieu seul qui découvre par sa lumière tous ces divers caractères dans les âmes, mais avec cette différence que ceux de la piété, de la charité, de l'humilité et de l'éternelle election, ne sont imprimés en elles que par le doigt adorable de son Saint-Esprit: au lieu que ceux de l'impie-té et de la cupidité, de l'orgueil et de la réprobation, sont leur propre ouvrage et celui du prince de tous les méchants. Or ce n'est qu'après la mort que se trouvent et se reconnaissent ces caractères si différents des âmes des hommes, tout étant négligé et confondu pendant cette vie, et n'étant permis à personne de faire ce discernement jusqu'au jour des lumières, où toutes choses seront trouvées devant Dieu, et paraîtront, en effet, telles qu'elles sont. (Sacy.)

nerè de criminibus ac flagitiis, quibus reus tenebatur. *Non est inventa iniquitas in me, psalm. 16, 5, scilicet, innocens sum.* E contra *Deus invenit iniquitatem servorum suorum, Genes. 44, 8, scilicet, rei surius coram Deo.*

VERS. 9. — *OCTO ANNORUM ERAT (1).* In 4 Reg. 24, 8, est *octodecim annorum*; quam pariter lectionem exhibent Septuaginta in manuscrito Alexandrino, Syrus et Arabs.

VERS. 10. — *CUM ANNI CIRCULUS VOLVERETUR (2);* redeunte anni tempestate, quæ solet

(1) *JOACHIN CUM REGNARE COEPISSET, scilicet cum patre Joachim, qui anno secundo regni sui filium Joachin octennem regem creavit, et regi sui filium socium ascivit, adeoque cum eo decem annis regnavit. Causa fuit quod vereretur si quid humanitas sibi accidisset, Sedeciam, excluso puero Joachin, invasurum regnum. Jam tum enim videbatur meditari rebellionem, ut jugo Chaldaeorum se eximeret; quod fecit anno tertio regni, idèque, eodem anno, à Chaldaeis abductus est in Babylonem, unde tunc successit ei filius Joachin novem vel decem annorum; sed pater Joachim, rebus in Babylone compositis, illic rediit, ac alios octo annis cum filio regnavit; quibus exactis anno undecimo regni sui rursus rebellans interemptus est à Chaldaeis; unde tunc solus plano et pleno jure regnans successit ejus filius Joachin, qui jam octodecim erat annorum, ac tribus tantum mensibus regnavit, quibus exactis abductus est et ipse in Babylonem à Chaldaeis, qui et substernerunt Sedeciam patrum. Ita Abul., Sallian., Torniellus et alii. (Corn. à Lap.)*

(2) *Le roi Nabuchodonosor envoya des troupes qui l'emmenèrent à Babylone, etc. Tout ce qui regarde la captivité de Joachin, fils de Joachim, est rapporté plus en détail dans le quatrième livre des Rois, où il est marqué que ce prince ayant commis les mêmes crimes que son père, les officiers du roi de Babylone vinrent assiéger Jérusalem, et l'emmenèrent par une circonvallation; que Nabuchodonosor vint aussi lui-même en personne, pour presser davantage cette ville; que Joachin, se voyant alors pressé, suivit le conseil de Jérémie, qui déclarait aux habitants de Jérusalem, de la part de Dieu, que pour éviter la mort, ils devaient se rendre à Nabuchodonosor, et qu'étant venu se remettre entre les mains de ce prince avec sa femme, ses serviteurs, ses princesses et ses eunuques, il fut ainsi transféré à Babylone, sur quoi l'on peut voir les explications du vingt-quatrième chapitre de Jérémie, sans qu'il soit besoin de les répéter ici. L'on voit encore dans les explications de la suite de ce prophète, tout ce qui regarde l'impie-té de Sedecias, successeur de Jechonias; son extrême obstination à résister aux remontrances de Jérémie, et sa ridicule crédulité à l'égard des faux prophètes, qui lui promettaient toujours, contre les oracles du Seigneur, une victoire imaginaire; le dérèglement et l'impie-té tant des prêtres que des peuples, qui se moquaient des personnes que Dieu même leur envoyait, qui les maltraitaient et méprisèrent sa parole, et*

reges in bellum procedere, vere incunte. Joachin nonnisi triennio et diebus aliquot regnavit, 4 Reg. 14, 8.

CONSTITUIT SEDECIAM PATRUM EJUS. Hebr. *Sedeciam fratrem ejus.* Quanquam satis constat, Sedeciam patrum fuisse Jechoniz, appellari tamen merito potuit *frater ejus*, eodem sensu quo Abraham Lotum filium fratris sui nomine fratris compellavit: *Frater sumus*, Gen. 15, 8; Septuaginta: *Regnare fecerit Sedeciam fratrem patris ejus.* Patrum etiam Jechoniz illum appellat Syrus.

VERS. 13. — *QUI ADURAVERAT EUM PER DEUM.* Data fides principibus etiam impiis sanctè servanda est; et cum sacramentum intercessit, novum est vinculum, quo promissis obstringitur. Nihil iniquum ab Sedecia Nabuchodonosor exigebat.

VERS. 15. — *DE NOCTE CONSURGENS, ET QUOTIDIE COMMENSUS (1).* Hebræus ad litteram

enfin la dernière désolation de Jérusalem, de son roi et de tous ses habitants. C'est pourquoi nous n'en disons rien ici, ayant déjà éciécié tres-amplement toutes ces choses. (Sacy.)

(1) *Or le Seigneur, le Dieu de leurs pères, leur adressait souvent sa parole par l'entremise de ceux qu'il leur envoyait, et il se hâta de leur donner tous les jours de nouveaux avis, afin qu'il pût pardonner à son peuple, etc. Plus la justice de Dieu était près de fondre sur sa propre ville de Jérusalem et sur son temple, plus sa divine miséricorde paraissait en quelque sorte s'y opposer. Et c'est pour cela qu'il est dit ici que le Seigneur le Dieu de leurs pères, c'est-à-dire, celui que leurs pères Abraham, Isaac et Jacob avaient toujours adoré et aimé comme leur Dieu et leur Seigneur, se souvenant de l'humble fidélité de ces anciens patriarches, faisait parler par ses prophètes à leurs enfants, pour les exhorter à se convertir à lui. Il se hâta, dit l'Écriture, de leur donner tous les jours de nouveaux avis, afin qu'il pût pardonner à son peuple, ce qui est la même chose que si l'Écriture nous disait que Dieu employait tous les moyens qu'on aurait pu désirer, pour porter ce peuple à reconnaître ses égarements, et à faire pénitence, afin qu'il lui pardonnât.*

Mais Dieu ne pouvait-il donc pas, dira quelqu'un, pardonner à Israël, qu'il avait choisi pour son peuple, et épargner son propre temple? Ne pouvait-il pas d'une parole changer le cœur de ce peuple, et le rendre digne de sa miséricorde, lui dont la parole a pu tirer du néant tout l'univers, et qui par la prédication d'un de ses prophètes changea tout d'un coup une grande ville, comme était Ninive, lorsqu'elle étoit à la veille de sa ruine? Dieu sans doute le pouvait, et il l'aurait fait s'il l'avait voulu. Mais s'il n'a pas exercé cette grande miséricorde envers son peuple, qui en avait abusé déjà tant de fois avec le dernier mépris, cela ne diminuant en aucune sorte la malice inconcevable de ceux qui semblaient disputer en quelque façon contre Dieu par l'horrible

Misit per manum nuntiorum suorum, misit summo mane, cum solers patrifamilias, qui servos suos diluculo applicat operi (1). Nihil reliquit intentatum, ut populum suum ad se reduceret, subfucetque à gravissima utilione, quæ illis minimebat. Eo quod parceret populo; illorum visus, clementiam illos potius quam justitiam severitate prosequi volebat.

VERS. 16. — **ILLUDEBANT PROPHETIS.** Hebræus: *Insultabant prophetis*, vel seducebant seipsum, decipiebant se sponte in sermonibus prophetarum; vel aures prebebant pseudoprophetis, à quibus seducebantur: vel perperam accipie-

rent avec laquelle ils méprisèrent toutes les menaces et toutes les exhortations qu'il leur faisait faire tous les jours par Jérémie et par ses autres fidèles ministres.

Que si l'on demande pourquoi il est dit que Dieu se hâta de leur donner continuellement de nouveaux avis, afin qu'il leur pardonnât, ou parce qu'il voulait les épargner, puisqu'il l'eût pu faire s'il l'avait voulu, ce n'est point à nous de pénétrer dans la profondeur de ses conseils, qui sont toujours adorables, lors même qu'ils sont incompréhensibles, et qui ont donné sujet à saint Paul, qui était monté jusqu'au troisième ciel, de les adorer plutôt avec une humble frayeur, que de les vouloir sonder. Car qui a connu, dit cet Apôtre, les desseins de Dieu, ou qui est entré dans le secret de ses conseils? Qui lui a donné quelque chose le premier, pour prétendre qu'il lui en doive récompense? Contentons-nous donc de dire encore avec le même saint Paul, que s'il plait à Dieu de faire éclater d'une part, sa colère et sa puissance à l'égard des vases de colère destinés à la perdition, et de l'autre, les richesses de sa gloire et de sa grâce sur les vases de miséricorde qu'il a préparés pour la gloire, l'homme n'a aucun sujet de se plaindre.

Ainsi il est vrai de dire que plus Dieu faisait menacer, exhorter et presser ces peuples de rentrer dans leur devoir, plus il leur faisait connaître que c'était à leur propre malice qu'ils devaient s'en prendre, s'il ne leur pardonnait pas, puisque c'était par leur faute qu'ils refusaient de lui obéir. Et la multitude des crimes auxquels ils s'étaient abandonnés avec la dernière impiété, le portant à s'éloigner de plus en plus de leur cœur, on peut dire encore que plus il travaillait par ses ministres à leur présenter tous les moyens qui auraient dû les porter à rentrer dans la voie de la piété qu'ils avaient quittée, plus le mépris qu'ils faisaient de tous ces moyens qu'il leur présentait pour leur salut, donnait lieu à sa justice d'éclater contre eux. Ce qui doit causer à tous les fidèles une frayeur toute sainte du mépris des saints préceptes, qui peut conduire insensiblement jusqu'à cet état des Israélites, où les prophètes, les menaces et les exhortations de ses ministres ne contribuaient, par un effet de leur propre endurcissement, qu'à les enlever en quelque façon, et à les enraciner plus fortement dans l'impie. (Sacy.)

(1) Vide similes phrases Jerem. 11, 7, et 25, 4, et 35, 14, et Math. 20, 1.

bant monita prophetarum, ac sibi impunitatem pollicebantur, licet in crimine perseverarent.

ET ESSET NULLA CURATIO; adeo ut Dei furor implacabilis fieret: longanimitatem ejus criminibus supererunt. Est equidem Deus semper paratus ut miseretur. Semper eos excipit, qui ad se revertuntur; sed cum peccator nequitiam suam et perversitatem usque ad contemptum provexerit, tunc Deus inexorabil justitiæ severitate punit.

VERS. 19. — **QUIDQUID PRETIOSUM FUERAT DEMOLITI SUNT.** Hebræus: *Corruerunt omnia vasa pretiosissima et elegantissima; ad litteram: Vasa desiderii.* Confrugerunt vasa multa pretiosa, eorumque vix partem servarunt; in thesauro regis, ejusque templo custodiendam, supra, v. 7. Vasa hæc utique longè plura erant ista que restituit Cyrus, quæque in regis ærario inventa fuere.

VERS. 20. — **SERVIVIT REGI ET FILIIS EJUS,** Nabuchodonosori, Evilmerodacho et Baltasari.

donec imperaret rex Persarum; donec Cyrus imperium Chaldaeorum et Assyriorum ad Persas transferret, usque ad exitum captivitatis septuaginta annorum, ab Jeremiâ prædictæ. De Persarum origine vide Iter Moschovit, tom. 4, pag. 359.

VERS. 21. — **ET CELEBRARET TERRA SABBATA SUA (1),** dies sabbatorum suorum, vel annorum

(1) Il est, feriarum et quiesceret ab aratione, quæ sulcatur, occatur, seritur, melitur, etc., quibus terra agitari et quasi relaxari solet.

Cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, id est, inebria quievit, agens quasi sabbati otium. Notant Hebræi, Judæos violasse festum sabbati, illudque profanasse operibus servilibus et illicitis, idcirco Deum in penam eos à Judæa abduxisse, ut ipsa ageret sabbatum sibi à Judæa negatum, per 70 annos.

USQUE dum compleverit septuaginta anni. Cur fuere captivitas Judæorum in Babylone anni 70, non 80, non 90, non 100? Causam dat Theod. Levit. 26, 54, ad illa: *Placebit terra sabbata sua cunctis diebus sabbatum suum, eo quod non requieverit in sabbatis vestris, quando habitabatis in ea.* Sic enim ait: *Septuaginta annos servierunt in Babylone; atqui à regno Saulis usque ad captivitatem numerantur anni 480, quorum septimam partem faciunt septuaginta. Hoc ergo vult dicere: Septuaginta annos terra manebit inculta, et non seminata, vobis terram alienam incolentibus, et propterea quod non cum reliquis etiam sabbatis præceptum transgressi estis, q. d.: Terra Judææ juxta legem septimo anno arari non poterat, sed quiescebat et sumum agebat sabbatum, id est, otium et quietem, quam quibus (multi vestrum), à Judæa, ei abstulistis et avaritiâ, septimo anno eam arantes et fructus metretis, idcirco Deus quietem ei debuit*

suorum. Imperaverat Moyses Hebræis, ut incultos relinquerent agros singulis septimis annis, Levit. 25, 3, ejus præcepti violatoribus iniuncta captivitas, prædicens relinquen-

restituet in 70 anni captivitatis vestra, quibus illa colonis suis destituta quiescat: 70 enim sabbata et ademisti; totidem ergo ei reddet Deus. Nam in 490 annis, qui ab initio regni Saulis (si ei demus annos viginti, ac alios viginti Samueli, qui juncti faciunt 40, de quibus Act. 13, 21) usque ad ultimum annum Sedecia duxerunt, pariter fluxerunt 70 sabbata terræ; hæc enim septimo quolibet anno sumum exlege exigebat sabbatum. Septimus enim annus in 490 annis recurrit septuagies; multiplicata enim 70 per 7, invenies 490. Eadem causa hic insinuat dum dicitur: *Et celebraret terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum usque dum compleverit 70 anni.*

Rursum, Hebræi per sua scelera varia et multa contaminarunt Judæam, quæ erat terra sancta, per 490 annos: unde Deus totidem annos penitentia et captivitatis potuisset eis injungere, sed noluit, et penam imminuit, ut è septem annis unum tantum penitentia eis assignaret, quo pariter terra sabbatizaret: quare dedit eis annos 70 captivitatis: hi enim septies in 490 continentur, ut his 70 annis terra quiesceret et quasi sabbatum ageretur, à sceleribus 490 annorum in ea à Judæis commissis expiaretur, et præsertim ab idololatriâ, quæ in eâ dicitur, sed per 70 annos acris et ardentibus viguit.

Alia causa litteralis fuit, quod Chaldaeorum monarchia duravit per 70 annos; Chaldae autem Judæorum fuere hostes et flagella Dei, qui eos in Babylone abduxerunt, ibique toto tempore monarchiæ suæ detinuerunt: quo finito in anno 70 surrexit Cyrus Chaldaeorum hostis et Judæorum amicus, qui Chaldaeos evertit, et monarchiam ad Persas transtulit, idcirco Judæos à Babylone liberavit. Rursum hi 70 anni desolationis respondent 70 hebdomadibus Danielis cap. 9, quibus exactis venturus erat Christus, cujus typus fuerat Cyrus, qui eos à servitute peccati et diaboli liberaret, ac Jerusalem celestem restitueret.

Prima et potissima causa fuit, Dei ita decernentis voluntas, et judiciorum ejus profundorum abyssus. Hanc causam dat Esdras lib. 4, c. 5, ubi narrat se anno trigesimo desolationis Jerusalem in Babylone coram Deo questum esse; quare tamdiu Judæos fideles suos in Babylone captivos detineret, et inter alia se Deo dixisse, v. 27: *Tradidisti civitatem tuam in manibus inimicorum tuorum. Numquid meliora facturi qui habitant in Babylone, et propter hoc dominabitur Sion? Et rursum: Factum est cum venissem huc, et viderem impietates quarum non est numerus, et delinquentes multos vidit anima mea hoc trigesimo anno. Ac Urielem angelum ei respondisse, cap. 4, dixisseque: *Valde pondera mihi ignis pondus, ac mensura mihi statum venti, qui revoca mihi diem quæ preterit.* Quod cum Esdras fieri non posse diceret, urget angelus: *Si, inquit, interrogarem te, quante sunt habitationes in corde maris, aut venue in principio abyssi, unde scilicet aquæ inædinenter scaturiant, vel venæ pluviarum in**

dum esse incultum eorum solum, ut annos sabbaticos vel inviti exlerent, ibid. 26, 41, 43. Minas ejusmodi renovans Jeremias 25, 11, 12; 29, 10, 11, septuaginta annorum captivitatem prædixerat, quo temporis spatio tellus quietis suæ annos repararet. Cæterum hæc septuaginta annorum quies non ita strictè accipienda est; neque enim regio mansit inculta toto hoc tempore ab anno Joakimi tertio, et mundi 3398, usque ad septimum Cyri, mundi 3468.

VERS. 22. — **ANNO PRIMO CYRI REGIS PERSARUM (1).** Anno primo initi ab eo imperii orientalis, mundi 3468. Sed in Persiæ regnum coepit ab anno 3444, vel 45. Hæc cadere

celo, aut qui eunt exitus paradisi, dices mihi fortassis: *In abyssum non descendi, neque in infernum adhuc, neque in caelum unquam ascendi. Nunc autem non interrogasti me nisi de igne, et vento et die per quem transisti, et à quibus separari non potes, et non respondisti mihi de eis; et quomodo poteris capere Altissimi vias?*

Tropologia causa fuit, quam dat S. Hieronymus, Jerem. 29, 10, quod septuaginta numerus sit symbolum penitentia, quam totâ hæc vita agere debemus, ut ad celestem gloriam perveniamus. Nam, ut dicitur psal. 39, *dies annorum nostrorum, in ipsis septuaginta anni.* Hinc et Ecclesia à Septuagesimâ commemorando lapsus Adami et posterorum, inchoat tempus luctus et penitentia. Denique voluit Deus per 70 annos omnes senes Judæorum vitius suis assuetos, et in his inveteratos emori, ac novam sobrietate succrescere, quam per Esdras, Danielelem, Jesum, Zorobabel, et alios in pietate et vero Dei cultu efformatum in terram sanctam reduceret, ut dixi Jerem. 29, 10. (Corn. à Lap.)

(1) Mais la première année de Cyrus, roi des Perses, pour accomplir la parole du Seigneur, qui avait parlé par la bouche du prophète Jérémie, Dieu toucha le cœur de Cyrus, etc. Il est un peu tard d'attendre, comme firent les habitants de Juda, à ajouter foi aux paroles du Seigneur, qu'on en vait et qu'on en éprouve l'accomplissement. C'est une chose terrible, dit saint Paul, de tomber entre les mains du Dieu vivant: *Horrendum est incidere in manus Dei viventis.* L'image affreuse que ce chapitre nous représente en quatre versets, de la desolation où se trouvèrent les peuples de Jérusalem par l'accomplissement funeste des menaces du Seigneur, et que l'on peut voir encore dans Jérémie, est sans doute bien capable de nous inspirer plus d'attention et plus de foi pour les paroles qu'il a si souvent de nous faire tous les jours annoncer par ses ministres. Qu'on ne se moque donc pas, comme les Juifs, de sa vérité. Qu'on n'insulte pas aux paroles de ses serviteurs, et que l'on n'attende pas, selon qu'il est dit ici, que la fureur du Seigneur vienne à tomber sur son peuple, et qu'il n'y ait plus alors aucune espérance ni aucun remède: *Donec ascendet furor Domini in populum ejus, et esset nulla curatio.* (Sacy.)

verba in exordio libri Esdræ leguntur. Animadversum est, id moris obtinuisse apud veteres, ut seriem historiarum et narrationum suarum ita colligerent, ut lector ex uno in alterum librum transiens, mentem alio non auerteret.

VERS. 23. — OMNIA REGNA TERRE DEDIT MIHI DOMINUS. Totius Orientis imperium mihi con-

tulit, erexque supra ceteros, qui nunc regnant, principes. Reges, orientales præsertim, titulos suos ac privilegia superbe exagerant. Romani imperatores prædicabant sese *orbis dominos*, et Romanum imperium dicebant *orbis imperium*; Virgil. *Æneid.* 4 :

Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.

DE PRÆFECTIS AULÆ ET MILITIÆ REGUM HEBRÆORUM,

Dissertatio.

Cum Hebræorum mores et consuetudines adeo sint à nostris moribus dissonæ, et Judæorum historia adeo parca sit, ubi de ple-risque ejus gentis rebus agitur; idcirco operæ pretium nos facturos censemus, si curas omnes nostras intendamus, ut munera omnia, titulos et privilegia præfectorum in aulâ et exercitu Hebræorum exponenda aggrediamur.

Plerimque filii regum secunda erant à parentibus in regno potestas: hinc filios David primos fuisse legimus *ad manum regis*, 2 Reg. 8, 18; et 4 Par. 18, 17, filii David כהנים sacerdotes erant, nempe aulæ principes, אב־אֶזְרָא. Regi Ochoziz assidebant quadraginta principes, fratrum ipsius filii, qui principatum in Judâ, atque summa apud regem munera gerebant, 2 Par. 22, 8. Ad quem verò regni hereditas spectabat, illi potior erat supra ceteros fratres dignitas; nec rarò post Salomone reges Juda et Israelis filium suum, regni futurum successorem, in societatem imperii, superstitibus adhuc, adscisciebant. Quod frequentius usurpatum, deinde in morem legemque transiit. Neque apud Hebræos tantùm, sed etiam apud Persas, teste Herodoto, l. 1 et 7, obtinuisse lex videtur, ut principes ad bellum extra regni fines profecturi, successorem suum designarent. Quo autem apparatu futuri hæredes regni procederent, ex historiâ Absalom et Adoniae satis intelligimus; neque enim illis decant corporis custodes, non

currus, non viri qui illos præcederent, 2 Reg. 13, 1, et 5 Reg. 1, 5.

Regiorum puerorum custodes, viri probatæ sapientiæ et gravitatis ellegebantur, quemadmodum ex viris à Davide selectis intelligimus: Jonathan patruus David, consiliarius vir prudens, et litteratus; ipse, et Jahiel filius Hachamoni, erant cum filiis regis.

De nutriciis filiorum regis sermo est in Scripturâ, cum de filiis Achabi apud optimates Samariæ educatis agitur, 4 Reg. 10, 1. Rex Roboam educandos filios suos in amplissimas urbes Juda et Benjamin miserat, 2 Par. 11, 25; quibus deinde jam adultis et regias opes, et non imparis nobilitatis uxores paravit, eâ facili cautione ne quid dissidii inter filios diversarum conjugum oriretur, occurrens.

Spectatissimum et princeps aulæ munus gerebat regis domus œconomus, quem ego designari credo illis Scripturæ verbis: *Secundus à rege* (1). Tu regnabis, ait Jonathan ad Davidem, super Israel, et ego ero tibi secundus; sed et Saul pater meus scit hoc, 1 Reg. 25, 17. Eandem dignitatem Joseph sub Pharaone obtinebat, Genes. 41, 42, eandem Aman primum, Esther 15, 3, 6, et 15, 2; deinde Mardochæus sub Assuero rege Persarum, ibid. 8, 4, 2 et 9, 4, et Elchana sub Achaz, 2 Par. 28, 7. Huic similis respondebat in aulâ Constantinopolitanâ præpositus magni palatii, et veterum

(1) 2 Par. 28, 7: כֹּהֵן הַמֶּלֶךְ, Septuag. τὸ δαδύχοι τὸ βασιλικῶν.

Francorum regum major domus. Appellabantur etiam viri amplissimi, fideles, et regum amici; ita Moyses fidelis erat in domo Dei, Num. 12, 7; et vir super universam familiam constitutus, fidelis et prudens in Evangelio nominatur, Matth. 24, 45. Id muneris gerebat Eliezer in domo Abrahami, Genes. 24, 2, et Zabadias filius Ismahelis constitutus legitur à Davide super ea opera que ad regis officium pertinent, 2 Par. 19, 11. Suspicio tamen, œconomum alium fuisse à præfectis, qui res externas curabant, de quibus infra. Porrò hujus dignitatis, de qua impræsentiariarum, insignia fuisse videntur clavis super humeros gestata, magnifica quædam zona, vestisque, et titulus patris domus Juda, et locus distinctus inter primos in coetibus, Isai. 22, 21, 22.

Scribæ munus inter aulæ præcipua sine controversiâ reponendum est, quantum quid illud potissimum esset, vix definire possumus. Sub Davide eâ dignitate auctus legitur Joseph filius Ahilud, 2 Reg. 20, 24, quam adhuc sub Salomone gerebat, 3 Reg. 4, 5. Sub Ezechia scribæ munere fungebatur Joaze, 4 Reg. 18, 18, et sub Josia Joha filius Joachaz, 2 Par. 34, 8. Eorum potissimum munus fuisse videtur, ut in publicas tabulas redigerent, redactasque custodirent historias et ephemerides regum Judæorum; ex quibus derivatos credimus commentarios illos, toties in Scripturâ sub nomine *Verborum dierum* laudatos. Eos viros Scriptura appellat כֹּתֵב, *maschir*, ac si diceretur: *Qui in memoriam revocat*, seu qui monumenta reipublicæ servat.

Illud impræsentiariarum addendum, eos qui scribas veterum Hebræorum cancellariis nostrorum regum compararunt, nunquam mihi persuasisse. Memorantur enim apud veteres præfectorum aliqui, quorum munus multò sanè melius exprimitur nomine *maschir*, seu *revocantis in mentem*, quam nomine cancellarii. Erant ad latera veterum heroum admonitores sui, seu viri amplissimi, quos patris loco observabant, eorumque consiliis ducebantur. Ita Elyss monitor aderat Myricus Cephalenicus, ex Ptolemæo, in Ephest. l. 4; Achilli Noemon, Patrocle Ecedorus, Hæctori Dares, Protesilao Dardanus, et Antiocho Chaleon ejus armiger. Hisce, quantum conjicio, respondebant apud Persas viri illi quos regis oculos et aures appellabant (1), quibus nihil inauditum et inexploratum, ut de omnibus regem face-

rent certiores: Ptolemæo Philopatori suus erat monitor, singulis diebus regem quid factu opus esset, docens, 3 Mach. 5. Reges Ægypti ita describit Diodorus Siculus quasi in mediâ sapientissimorum coronâ sederent, qui, ne quid contra leges molirentur, auctoritate suâ prohibebant. Cum manè è lecto illi surgerent, nihil habebant antiquius quàm ut statim literas undique ad se delatas legent, teste Diod. Sicul. l. 1. Erant igitur *maschir* apud reges Juda fidem planè viri, quantum conjecturâ assequimur, ac oculi apud reges Persarum, monitores apud veteres heros, et viri à consiliis apud reges Ægypti.

Viri à secretis regi מַסְכִּיר plerimque in Scripturâ scribis juncti memorantur. De munere scribarum, seu virorum à secretis fusiùs in librum Judicum 5, 14, disputavimus. Tria scribarum genera distinguuntur. Alii tabelliones erant, à quibus publica monumenta et privatæ scripturæ in tabulas referebantur. Alii verò scriptis excipiebant, simulque exponebant sacros libros, ut proinde tanquam doctores Judæorum haberentur. Tertium scribarum genus referebant illi qui à secretis erant regum, quorum est impræsentiariarum mentio. Regis edicta et diplomata scriptis excipiebant, censum servabant, tum copiarum, tum urbium, tum proventuum sumptuumque rationem. Eorum æquè munus in aulâ et in exercitu necessarium (1) ex quo de amplitudine illius magistratûs argumentum capere licet. Suae illis sedes in aulâ destinatæ erant; et apud viros à secretis regis summi totius reipublicæ et militiæ præfæcti convenisse videntur Jerem. 36, 12; præfectus etiam *super bellatores viros*, 4 Reg. 25, 19, memoratur; cujus erat munus exercere milites in armis, seu copias in bellum educere, vel saltem copiarum omnium regionis censum servare. Rationem omnem apud illos turrium et ærium regis servari Isaias docet, c. 35, v. 18: *Ubi est regis verba ponderans?* (Hebr. *ponderans argentum et census*) ubi doctor *parvulorum*? (Hebr. *numerus turres*.) Apertius adhuc de illo legitur in 1 Machab. 5, 42. Judas præfectis armorum mandavit, ut seculis torrentem manentes, neminem ex militibus trans aquas reliquerent, sed omnes ad transiitum adigerent. Porrò viri illi amplissima erant et spectata reipublicæ portio, summam, si aliis unquam, auctoritatem solutâ jam captivitate obtinentes. Ita sub

(1) Vide, si placet, notes Constant. l'Empereur, in cap. 40; Bertram, de Rep. Hebr.